



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

172. Item de corruptis sanctimonialibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

viduas vel virgines, nisi ex jussu aut permisso Episcoporum aut Presbyterorum, non accedant. & hoc non soli. sed nec ipsi Episcopi & Presbyteri. sed ubi Clerici praesentes sunt, aut aliqui graves Christiani.

De corruptis sanctimonialibus. *Ex epistola Innocentij Papa.*

CLXXII. Quae in Christo spiritualiter nubunt, si postea publice nupserint, vel se clandestulo corruerint, non eas admittendas esse ad agendam poenitentiam, nisi is cui se junxerat de mundo recesserit. Si enim de hominibus haec ratio custoditur, ut quae vivente viro alteri nupserit, adultera habeatur, nec ei agenda poenitentiae licentia concedatur, nisi unus ex his fuerit defunctus, quanto magis de illa tenendum est quae ante immortali se sponso conjunxerat, & postea ad humanos amplexus transmigravit.

Decreta Innocentij I. c. 19.
Halingar. lib. 4. c. 19.
Burchard. lib. 8. c. 13.

De secularibus viduis. *Ex Concilio Meldensi LXXI.*

CLXXIII. Ut illae quae quasi sanctimoniales sub velamine religionis degere videntur, sed potius in delitiis viventes mortuae in divinis oculis computantur, provincias discurrentes, curiosè & verbosè, si libidinibus ceterisque carnalibus desideriis & voluptatibus inservire accusantur, si manifestè detegi poterint, episcopali auctoritate & regia potestate in talibus locis residere sub testimonio religioso cogantur, ubi poenitentiam si fecerint dignam, assequantur etiam fructuosam. Si au-

Concil. Meld. c. 70.
Burchard. lib. 8. c. 50.
1. Tim. 5.